


REIMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

F. M. de Rubéis Patriar. Constantinop. Vicegerens.



REIMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Magister Socius Reverendissimi Patris Sacri Palatii Apostolici Mag. Ord. Prædic.

IOAN.

JOANNIS DUNS
SCOTI,
DOCTORIS SUBTILIS
ORDINIS MINORUM,

THEOLOGORUM OMNIUM PRINCIPIS.

Super Primum Sententiarum Quæstiones exactissimo.

PRÆFATIO SCOTI

CIRCA Prologum hujus primi libri Sententiarum querantur (a) quinque. Primum de necessitate hujus doctrine: & spectat ad genus cause efficientis: & est quæstio, Utrum necessarium sit homini pro statu isto aliquam doctrinam specialem supernaturaliter inspirari? Secundum spectat ad genus cause formalis: & est quæstio, Utrum cognitio supernaturalis necessaris viatori, tradita sit sufficienter in sacra Scriptura? Tertium spectat ad genus cause materialis: & est quæstio, Utrum Theologia sit de Deo tanquam de subjecto primo? Quartum, & quintum pertinent ad genus cause finalis: & est quarta quæstio, Utrum Theologia sit practica? Quinta vero quæstio, Utrum ex ordine ad proximum, ut ad finem, dicatur per se scientia practica?

QUÆSTIO I.

Utrum homini pro statu isto sit necessarium aliquam doctrinam specialem supernaturaliter inspirari, ad quam non possit attingere lumine naturali intellectus?

Videtur quod non sic: Omnis potentia habens aliquid commune pro primo objecto naturali, potest in quolibet contentum sub illo, sicut in per se objectum naturale. Hoc patet per exemplum de primo objecto visus, & aliis contentis sub illo: Et ratio inductiva in aliis objectis primis & potentiis. Patet etiam per rationem; quia primum objectum dicitur, quod est adæquatum potentie; sed si in aliquo esset ratio ejus circa quod non posset potentia habere actum naturaliter, non esset potentie adæquatum, sed excederet potentiam. Patet ergo major: sed primum

Tom. I.

A

obje-

a Quinq; proponis examinanda.

2
 eibje. Cum intellectus nostri naturalis, est, eius inquantum ens ergo intellectus
 possit potest naturaliter habere a Deum circa quodcumque ens, & sic circa
 quodcumque intelligibile, etiam circa non ens; quia negatio cognoscitur per
 affirmationem; ergo, &c. Probatio minoris. (a) *Avic. Metaph. c. 5.* Ens
 & res prima impressione inspicuntur in animam, nec possunt manifestari
 ex aliis: si autem esset aliquid aliud ab illis primum objectum, ista pos-
 sent manifestari per rationem illius: sed hoc est impossibile; ergo.

Præterea, sensus non indiget aliqua cognitione supernaturali pro isto
 statu: ergo ne intellectus. Antecedens patet. Probatio consequentis.
 Natura non deficit in necessariis (b) 3. de Anima, & si in imperfectis non
 deficit, multo magis nec in perfectis: ergo si non deficit in potentis in-
 ferioribus, quantum ad necessaria eis propter actus suos habendos, &
 finem earum consequendum, multo magis non deficit in necessariis po-
 tentis superiori, ad actum suum, & suum consequendum; ergo &c.

Præterea, si aliqua talis doctrina sit necessaria, hoc est, quia potentia
 in puris naturalibus est inproportionata objecto, ut sic cognoscibilis; ergo
 oportet, quod per aliquid aliud a se fiat ei proportionata. Illud aliud, aut
 est naturale, aut supernaturalis: si est naturale; ergo totum est inpropor-
 tionatum objecto primo: si supernaturalis; ergo potentia est inpropor-
 tionata illi, & ita sequitur, quod per aliud oportet ei proportionari, & sic in
 infinitum. Cum ergo non fit procedens in infinitum, *Metaph. (c)* oportet
 stare in primo; dicendo, quod potentia intellectiva sit se proportionata
 omni cognoscibili, & secundum omnem modum cognoscibilis: quare, &c.

Ad oppositum 2. ad *Tim. 3.* in fine *Omnis scriptura divinitus inspi-
 rata, stilis est ad docendum, ad arguendum, &c.* Præterea, *Baruch 3.*
*de sapientia dicitur. Non est qui possit scire vias eius: sed qui sit uni-
 versa novis eam;* ergo nullus alius potest habere eam nisi a sciente uni-
 versa; hoc quantum ad necessitatem: De facto subdit: *Tradidit eam Ja-
 cob puero suo; & Israel dilecti suo.* Hoc quantum ad verum Testamen-
 tum. Et sequitur, *Post hæc in terris visus est; & cum hominibus con-
 versatus est,* scilicet quando tradidit eam, quoad novum Testamentum.

In ista questione videtur esse (d) controversia inter Philosophos, & Theo-
 logos. Tenent enim Philosophi perfectionem naturæ, & negant perfectionem
 supernaturalem; Theologi vero cognoscunt defectum naturæ, &
 necessitatem gratiæ, & perfectionem supernaturalium. Diceret ergo Philo-
 sophus, quod nulla est cognitio supernaturalis homini necessaria pro isto
 statu, sed quod omnem notitiam sibi necessariam possit acquirere ex actio-
 ne causarum naturalium. (e) Ad hoc adducitur simul auctoritas; & ratio
 Philosophi ex diversis locis. Primo per illud 3. de Anima; ubi dicit, quod
*intellectus (f) agens, est quo est omnia facere: & intellectus possibilis
 est, quo est omnia fieri.* Ex hoc arguitur sic. A vivo naturali, & passivo
 debite approximatus, & non impeditis, necessarii sequitur actio, quia
 non dependet essentialiter, nisi ab eis tanquam a causis prioribus: activum
 autem respectu omnium intelligibilium est intellectus agens, & passivum
 est intellectus possibilis; & hæc funt naturaliter in anima, nec sunt impe-
 dita,

a 4. Met. c. 1. 16. b 2. Peribet mentis ad fin. b *Tric. 45.* c *T. c. 5.* d
 inde. d *Opinjo Arist. & sequac. e* *Tric. 28. 9.* f *g. Met. c. 10. & inde.*

3
 dita, ut patet; ergo virtute naturali istorum potest sequi actus intelligen-
 di, respectu cuiuscunque intelligibilis.

Confirmatur ratio (d). Omni potentia passiva naturali correspondet
 aliquod activum naturale, aliquo videretur potentia passiva esse frustra
 in natura, si per nihil in natura posset reduci ad actum; sed intellectus
 possibilis est potentia passiva, & naturalis respectu quoruncunque intel-
 ligibilium; ergo correspondet fibi aliqua potentia activa naturalis; se-
 quitur ergo propositum. Minor patet, quia intellectus possibilis natura-
 liter appetit cognitionem cuiuscunque cognoscibilis, naturaliter etiam
 perficitur per quantumcumque cognitionem; ergo est naturaliter receptivus
 cuiuscunque intellectus.

Præterea 6. *Metaph. (b)* dividitur scientia speculativa in Metaphysi-
 cam, & Philosophicam sive naturalem, & Mathematicam. Ex hoc probatio-
 nem hujus videmus, non videtur possibile, plures habitus esse speculativos
 quia in istis consideratur de toto ente, & in se, & quoad omnes partes ejus
 sicut autem non potest esse aliqua alia scientia speculativa ab istis sic
 practica aliqua alia a practicis acquisitis activis, & factivis; ergo scientia
 practica acquisita sufficienter ad perficiendum intellectum practicum; &
 speculativa acquisita sufficienter ad perficiendum intellectum speculativum.

Præterea potens naturaliter intelligere principium, potest naturaliter
 cognoscere, & intelligere conclusiones inclusas in principio. Hanc probat,
 quia scientia conclusionum non dependet nisi ex intellectu principii, & ex
 deductione conclusionum ex principio; sicut patet ex definitione scire, &
 primò posteriorum; (c) sed deductio est ex se manifeste, sicut patet ex
 definitione syllogismi perfecti. 1. Priorum (d) quia nullus est indigens,
 ut appareat evidenter necessarius; ergo si principia intelliguntur, &
 deductio manifesta est ex se, habentur omnia, quæ sunt necessaria ad
 scientiam conclusionis. Patet ergo major; sed naturaliter intelligimus
 principia prima, in quibus virtualiter includuntur omnes conclusiones sci-
 biles; ergo naturaliter possumus scire omnes conclusiones istas scibiles.

Probatio primæ partis minoris, quia termini primorum principiorum
 sunt communissimi; ergo illos possumus naturaliter intelligere, quia ex
 1. *Physicorum*, & (e) communissima a nobis primo intelliguntur: princi-
 pia autem cognoscimus, in quantum terminos cognoscimus, (f) 1. *Pos-
 terior.* ergo principia prima possumus naturaliter cognoscere: Probatio
 secundæ partis minoris, quia termini primorum principiorum sunt com-
 munissimi, ergo quando distribuantur, distribuantur pro omnibus con-
 ceptibus inferioribus; accipiuntur autem tales termini universaliter in
 primis principiiis, & ita extendunt se ad omnes conceptus particulares: &
 per consequens ad extrema omnium specialium conclusionum; quare, &c.

Nota (g); quod nullum supernaturalis potest ratione naturali ostendi
 inesse viciatori, vel necessarij requiri ad perfectionem ejus; nec etiam
 habens potest cognoscere illud nisi inesse; igitur impossibile est hoc pro-
 bare contra Philosophiam ratione naturali. Si autem arguitur ex cre-
 ditio, non est via contra Philosophum, quia præmissum creditum non

a 1. de Ca. 13. 3. de Anima 1. c. 18. b *Tric. 3.* c *Tric. 4.*
 d *Tric. 5.* e *Tric. 28. 4.* f *T. c. 6.* g *Additio.*

concederet. Unde rationes hic facte contra; cum alteram promissam habeamus creditam, vel probatam ex creditis; & ideo non sunt nisi persuasiones Probaticæ ex creditis ad creditum.

Contra istam positionem potest argui tripliciter. Primo sic; Omni agenti per cognitionem necessaria est distincta cognitio sui finis. Hanc probo, quia omne agens propter finem agit ex appetitu finis; & omne per se agens agit propter finem; ergo omne per se agens suo modo operatur propter finem. Ergo sicut agenti naturali est necessarius appetitus finis, propter quem debet agere, ita agenti per cognitionem quod etiam est per se agens, ex secundo Physic. (a) necessarius est appetitus sui finis, propter quem debet agere, qui sequitur cognitionem. Patet ergo maior. Sed homo non potest scire ex naturalibus finem suum distincte, ergo necessaria est sibi de hoc trahi aliqua cognitio supernaturalis. Minor probatur primo, quia Philosophus sequens naturalem rationem, aut ponit felicitatem esse perfectam, in cognitione substantialium separatarum, aut ponit felicitatem esse dicere 1. *Ethic. 10. (b)* aut si non determinate assertit istam esse supremam nobis possibilem; aliam tamen naturam naturam non concludit; ita quod soli rationi naturali inveniendæ, vel errabit circa finem in particulari, vel dubius remanebit. Unde (c) 1. *Ethic. c. 13.* dubitando ait. *Siquidem igitur & aliud aliquid deorum est donum hominibus rationale. & felicitatem Dei datum est, & maxime humanorum quanto optimum.*

Secundo probatur eadem minor per rationem; quia nullus substantialis finis proprius cognoscitur a nobis, nisi ex actibus eius nobis manifestis, ex quibus ostenditur, quod talis finis fit conveniens tali naturæ; nullos autem actus experitur, nec cognoscimus inesse naturæ nostræ in statu isto, ex quibus cognoscimus visionem substantialium separatarum esse convenientem nobis: ergo non possimus naturaliter cognoscere distincte, quod iste finis fit conveniens naturæ nostræ. Hoc saltem certum est, quod quædam conditiones finis, propter quas est appetibilis, & serventis inquirendas, non possunt determinate concludi ratione naturali. Est enim daretur, quod ratio naturalis sufficeret ad probandum, quod visio nuda, & intuitio Dei est finis hominis, tamen non concluderetur, quod illa visio nuda, & intuitio Dei est finis hominis perfectio in corpore, & animæ, sicut dicitur in 4. dist. 43. (d) & tamen perpetuitas huius boni est conditio reddens finem appetibilem, quam si esset transitoria, Consequi etiam hoc bonum in natura perfecta, appetibilis est, quam in anima separata, & animæ, sicut patet per August. 1. *super Genesim.* Ihas ergo, & similes conditiones finis, necessarium est noscere ad efficaciter inquirendum finem; & tamen ad eas non sufficit ratio naturalis; ergo requiritur doctrina supernaturaliter tradita.

Secundo sic; Omni cognoscenti agenti propter finem, necessaria est triplex cognitio. Primo quomodo, & qualiter finis acquiratur. Secundo, cognitio omnium, quæ sunt necessaria ad finem. Tertiò, est necessarium cognoscere, quod omnia ista sufficiant ad talem finem. Primum patet; quia si nesciat quomodo finis acquiratur, nesciet qualiter ad consecutionem illius se disponat. Secundum probatur, quia si nesciat omnia

2. *Physic. text. 49. 61. & 75.* b *Text. 66. 70. Cap. 7.* c *Cap. 13.*
d *Vide ibi dist. 49. q. 6. & 13.*

necessaria ad ipsum finem, propter ignorantiam alicuius necessarii, poterit à hoc dehere. Et etiam quantum ad tertium, si nesciat ista necessaria sufficere, dubitando se ignorare aliquid necessarium, non efficaciter consequetur illud, quod est necessarium.

Sed hæc tria non potest vltor ratione naturali cognoscere; Probatio primi à quæ beatitudo conferret tanquam premium pro meritis eius; quæ Deus acceptat tanquam dignum tali premio; & per consequens nulla naturali necessitate sequitur ad alius nostræ quoscumque; sed contingenter datur à Deo, adus autem in ordine ad ipsum, tanquam meritorium, acceptat. Hoc autem non est naturaliter scibile, ut videtur: quia in hoc erant philosophi plenes omnia, quæ sunt à Deo immediate; esse ad eum necessarium. Salfem alia duo membra sunt immixta: non enim potest sciri naturaliter acceptatio voluntatis divinæ; ut puta tanquam contingenter acceptantur talia, vel talia, digna vita æterna; & quod etiam illa sufficiant, dependet merè ex voluntate divinæ, citæ ea, ad quæ contingenter se habet; ergo, &c.

Contra istas duas rationes inflatur; & primo contra primam sic; Omnis natura creata essentialiter dependet a quolibet per se causæ & propter talem dependentiam ex causato cognito potest demonstratione quæa queri- bet eius per se causa cognosci; ergo cum natura hominis sit homini naturaliter cognoscibilis, quia non est potentia cognitivæ improporionalis; sequitur, quod ex ista natura cognita, possit naturaliter cognosci finis illius nature. Confirmatur ratio, quia si ex natura inferiori cognita cognoscitur eius finis, non minus hoc est possibile in proposito, quia nec minor dependentia est finis in proposito ad finem, quam in aliis. Ex hæc etiam ratione videtur, quod falsa sit ista propositio: *finis substantie non cognoscitur, nisi ex actibus eius*, quæ allumebat in probatione minoris: quia ex eogatione naturæ in se, potest finis eius cognosci demonstratione quæa.

Si autem dicatur, quod ratio concludit hominem naturaliter posse cognoscere finem suum naturalem, non autem supernaturalem; Contra, Aug. primo de *Prædestinatione Sanctorum. c. 4.* Irvidet, inquit, posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, natura est hominum: habere autem fidem, quemadmodum habere charitatem, gratia est salvifica. Si igitur natura hominis est naturaliter cognoscibilis homini, naturaliter etiam erit cognoscibilis ista potentia, ut est talis nature: & per consequens ordinabilis talis nature ad finem, ad quem fides, & charitas disponit.

Item, homo naturaliter appetit finem istum, quem dicit supernaturalem; igitur ad istum naturaliter ordinatur: ergo ex tali ordine potest concludi iste finis ex cognitione nature ordinate ad ipsum. Item, natura cognoscibilis est, primum obiectum intellectus esse ens, secundum Avic. & naturaliter est cognoscibile, in Deo perfectissime salvari rationem entis: finis autem cuiuscunque potentia est optimum eorum, & quæ continentur sub eju obiecto primo, quia in illo solo est perfecta quietatio, & delectatio, ex 10. *Ethic.* (d) igitur naturaliter cognoscibile est hominem ordinari secundum intellectum, ad Deum tanquam ad finem.

Confirmatur ratio, quia, cui naturaliter est cognoscibilis potentia ali-

qua, sibi naturaliter est cognoscibile, quid sit ejus objectum primum. Et ulterius potest cognoscere, in quo salvatur ratio illius primi objecti, & in quo perfectissimo: tale autem est finis potentia; mens autem nota est sibi, secundum August. 1.4. de Trinit. c. 4. igitur notum est sibi, quid sit ejus primum objectum; & novit Deum non excedere rationem illius primi objecti, quia tunc nullo modo esset ab ipsa mente intelligibilis: ergo novit Deum esse optimum, in quo salvatur ratio sui primi objecti, & ita novit ipsum esse finem potentia.

Contra secundam rationem arguitur sic; Si per unum extremum cognoscitur aliud extremum, ergo & medium: sed necessaria ad consequendum finem sunt media inter naturam, & finem suum consequendum: igitur cum ex cognitione naturae possit cognosci finis natura, secundum primum probata, videtur, quod similiter possint cognosci media necessaria ad finem. Confirmatur ratio: ita enim in proposito, entium ad finem videtur esse necessaria connectio ad ipsum finem, sicut in aliis: sed propter talem connectionem in aliis; ex fine cognoscitur illa, quae sunt ad finem necessaria, sicut per rationem sanitatis concluditur talia, & talia requiri ad sanitatem: ergo, &c.

Ad primum (a), licet procedat de fine, qui est causa finalis, non de fine attingendo per operationem, quorum finium distinctio dicitur infra. Potest tamen ad istud, & ad sequens de Aug. & ad tertium de potentia, & primo obiecto dici unica responsio, quod omnia accipiunt nostram naturam, vel potentiam intellectivam esse à nobis cognoscibilem naturaliter, quod salum est sub illa ratione propria & specialia, sub qua ad talem finem ordinatur, & sub qua capax est gratiae consummaturae, & sub qua habet Deum pro perfectissimo objecto. Non enim cognoscitur anima à nobis, nec natura pro statu isto, nisi sub ratione aliqua generali abstrahibili à sensibilibus, sicut patet ibi infra d. 3. q. 1. & 3. (b). Et secundum talem rationem generalem, non convenit sibi ordinari ad talem finem, nec posse capere gratiam, nec habere sic Deum pro objecto perfectissimo.

Tunc ad formam argumenti, cum dicitur quod ex ente ad finem potest cognosci finis demonstratione quia dicitur quod non est verum nisi cognito illo ente ad finem sub illa propria ratione, sub qua habet finem istum: & tunc minor est falsa. Et cum probatur per proportionalitatem, dico, quod licet mens sit eadem mens, non tamen pro statu isto est proportionalis sibi, tanquam objectum, nisi secundum rationes generales, quae possunt abstrahi ab imaginabilibus.

Ad confirmationem dico, quod nec aliarum substantiarum fines proprii cognoscuntur, qui scilicet sunt earum, secundum rationes proprias, nisi aliquid sint actus manifesti, ex quibus concludatur ordo earum ad talem finem. Et ex hoc patet ad illud, quod adducitur contra probationem minoris, quod ista propositio non est falsa: Non cognoscitur à nobis finis proprius substantiae, nisi per actus ejus nobis manifestos. Non enim accipitur propositio illa, quod non possit aliter cognosci finis. Bene enim est verum, quod si substantia sub propria ratione cognosceretur, ex natura sic cognita, posset

posset ejus causa per se cognosci demonstratione quia, sed non sic cognoscitur à nobis aliqua substantia nunc: ideo nullum finem possumus nunc concludere proprium substantiae, nisi per actum evidentem de illa substantia, ut nota in universalis, & consue. In proposito autem dicitur utraque via. Sed probatio minoris tetigit unam viam de ignorantia actus, supponendo aliam de ignorantia naturae in se.

Ad secundum de Augustino dico, quod illa potentia habendi charitatem, ut ipsa est dispositio respectu Dei, in se, sub propria ratione amandi, convenit naturae hominis secundum rationem specialem, non communem sibi & sensibilibus: & ideo non est illa potentialitas naturaliter cognoscibilis de homine, sicut nec homo cognoscitur sub illa ratione, sub qua est ejus haec potentia. Et ita respondet ad illud, in quantum potest adduci contra conclusionem principalem scilicet oppositam minori primae rationis: Sed in quantum adducitur contra illam responsum de fine naturali, & supernaturali, concedo Deum esse finem naturalem hominis, licet non naturaliter adhaerens, sed supernaturaliter: & hoc probat ratio sequens de desiderio naturali, quam concedo.

Ad aliud (a), negantur est illud, quod assumitur, scilicet quod naturaliter cognoscimus ens esse primum objectum intellectus nostri, & hoc fecundum totam indifferenciam entis ad sensibilia, & insensibilia. Et sic, quod dicit Avicenna, non concludit, quod sit naturaliter notum. Miscuit enim sectam suam, quae fuit secta Mahometi, Philosophis: & quaedam dixit, ut Philosophica, & ratione probata; alia, ut consona lux sectae. Unde ipse expresse ponit q. Metaph. suae (b), animam separatam cognoscere substantiam immaterialem in se. Et ideo sub objecto primo intellectus, habet ponere substantiam immaterialem contineri. Non sic Arist. sed secundum ipsum, videtur esse primum objectum intellectus nostri, quidditas rei sensibilibus, & hoc vel in se sensibilibus, vel in suo inferiori, hoc est quidditas abstrahibilis à sensibilibus.

Arguitur contra hoc sic (c); quia si quidditas rei materialis sit obiectum adequatum intellectus, tunc intellectus non poterit intelligere aliquid de substantiis separatis: quia obiectum adequatum, vel formaliter, & vel virtualiter continet omne illud, in quo potentia potest ferri: sed quidditas materialis, nec formaliter, nec virtualiter continet substantias separatas: ergo, nec Respondens assumptum non esse verum, quia quinquae communia sensibilibus, scilicet, Numerus, Figura, Motus, Magnitudo, & Qualitas sentiantur de visu per se, & tamen neutro modo continentur sub luce, vel colore, Sufficit enim aliqua convenientia, vel concomitantia unius ad alterum.

Quod autem additur de Augustino in confirmatione illius rationis: Respondens, & dico, quod dictum Augustini debet intelligi de actu primo sufficiente ex se ad actum finem secundum, sed tamen nunc impeditur, propter quod impeditur actus secundus non elicatur à primo. De hoc autem amplius dicitur infra.

Si vero obijciatur contra ista (d): Homo in statu naturae instituitur potest

A 4

a Ad arg. n. 9. q. de subiecto & q. de prax. & d. 1. q. 2. & in 4. d. 4. q. 2. & 49. q. 8. b 2. 1. & 3.

d Commentator. 4. Metaph. c. 3. b Cap. 7. & sup. c. Ad d. 1. d. 1. q. 3. & 3. d. 2. q. 8. & quarto q.

tuit cognoscere naturam suam: igitur finem naturæ ex deductione primæ rationem: igitur ista cognitio non est supernaturalis. Item contra respon- sionem ad ultimam rationem, si ideo non cognoscitur, quid sit obiectum primum intellectus, quia non cognoscitur intellectus sub ratione propria, sub qua respicit tale obiectum; ergo non potest cognosci de quocumque, quod ipsum sit intelligibile: quia non cognoscitur potentia sub illa ratione, sub qua respicit, quodcumque, ut obiectum intelligibile.

Respondeo ad primum (a), requireretur dici, qualis fuerit cognitio hominis infuitus, quod usque alias differatur: saltem respectu viatoris, pro statu isto, sed dicta cognitio supernaturalis; quia facultatem ejus naturalem excedens, naturalem dico, secundam statum naturæ lapsæ.

Ad secundum, concedo quod non habetur modo cognitio de anima, vel de aliqua ejus potentia, nisi distincta, quod ex ipsa possit cognosci, quod ali. quod obiectum tale sibi correspondeat: sed ex ipso actu, quem experimur, concludimus potentiam, & naturam, cujus iste actus est, illud respicere pro obiecto, quod percipimus attingi per actum; ita quod obiectum potentie non concluditur ex cognitione potentie, sed ex cognitione actus, quem experimur: sed de obiecto supernaturali, neutram cognitionem possumus habere: ideo ibi debet utraque via cognoscendi finem proprii illius naturæ.

Ad argumentum contra secundam rationem, patet; quia supponit quoddam jam negatum. Ad confirmationem illius rationis, dico, quod quando finis sequitur naturaliter ea, quæ sunt ad finem, & naturaliter præexistit illa, tunc ex fine possunt concludi ea, quæ sunt ad finem; hic autem non est consecutio naturalis, sed tantum acceptio: tunc divina voluntatis, compensans illa merita, tanquam digna tali fine.

TERTIO, Arguitur principaliter contra opin. Philosophorum 6. Metaph. 6. Cognitio substantiarum separatarum est nobilissima, quia est circa nobilissimum genus & ergo cognitio eorum, quæ sunt propria eis, est maxime nobilis, & necessaria: nam illa propria eis, sunt nobiliora, & perfectiora cognoscibilia, quam illa, in quibus conveniunt cum sensibilibus: sed illa propria non possumus cognoscere ex puris naturalibus. Probe: quia si in aliqua scientia naturaliter possibili, etiam erit hæc propria, hoc esset in Metaphysicis, sed ipsa non est possibilis naturaliter, & non haberi de propriis passivibus istarum substantiarum separatarum patet dupliciter, & primo sic, quia illa non includuntur virtualiter in primo subjecto Metaphysicæ, scilicet in ente. Hoc etiam est quod dicit Philosophus 1. Metaphysicæ, quod oportet sapientem omnia cognoscere aliquantulum, scilicet in universali, & non in particulari. Et subdit: qui enim novit universalis, novit aliquantulum omnia subsistentia. Sapientem autem vocat Metaphysicam, sicut Metaphysicam probat ibi esse sapientiam.

Secundo probatur, quia non cognoscuntur talia, cognitione proprie quid, nisi cognoscatur propria subsistentia, quæ subsistentia includunt talia proprie quid; sed propria subsistentia eorum non sunt a nobis naturaliter cognoscibilia: ergo, &c. Nec cognoscuntur illa propria eorum, demonstrati- vatione quæ; videlicet ex effectibus. Quod probatur; nam effectus, vel re-

lin-

a. Seco in 4. d. 1. q. 3. art. 3. Vid. in 2. d. 1. q. 5. & d. 1. q. 3. & in 3. d. 1. q. 3. & in 4. d. 1. q. 5. & sup. de an. q. 15. b. T. 6. 2.

linquant intellectum dubium, quo ad illa, vel adducunt in errorem; & quod apparet ex proprietatibus primæ substantiæ immaterialis in se. Proprietas enim naturæ ejus est, quod sit communicabilis tribus, sed effectus non ostendunt istam proprietatem, quia non sunt ab ipso, inquantum trinus.

Et si ab effectibus arguatur ad causam, magis ducunt in oppositum, & in errorem, quia in nullo effectu invenitur una natura numerose in uno supposito. Proprietas etiam istius naturæ ad extrinsecam causam contingenter, & ad oppositum hujus magis deducit effectus in errorem, sicut patet per opiniones Philosophorum ponentium primum necessarium causare.

De proprietatibus etiam aliarum substantiarum, patet hoc idem; quia effectus magis ducunt in sempiternitatem, & æternitatem, & necessitatem earum, quam in contingentiam, & novitatem. Similiter videntur Philosophi ex motibus concludere, quod numerus istarum substantiarum separatarum sit secundum numerum motuum cælestium. Similiter, quod ille substantiæ sunt naturaliter beate, & impeccabiles (a), sicut Philosophi posuerunt; quæ omnia absurdissima sunt.

Contra istam rationem (b) arguo, & probe, quod quæcumque necessaria de substantiis separatis, cognoscuntur a nobis nunc per fidem, sive per communem revelationem, possunt cognosci cognitione naturali.

Et hoc fit: Quorumcumque necessarii revelatorum terminos naturaliter cognoscimus; & illa possumus naturaliter comprehendere; sed omnium necessarium revelatorum terminos naturaliter cognoscimus, ergo, &c. Probatio majoris; illa necessaria, aut sunt mediata, aut immediata; si immediata: ergo cognoscuntur cognitis terminis, 1. Posteriorum (c). Si mediata: ergo cum possumus cognoscere extrema, possumus concipere medium inter ea; & tunc conjungendo illud medium cum utroque extremo, aut habentur præmissæ mediata, aut immediate. Si immediate, idem quod prius. Si mediata, procedemus concipiendo medium inter extrema, & conjungendo cum extremis, quousque venimus ad immediata; igitur tandem venimus ad necessaria immediata, quæ intelligemus ex terminis, ex quibus sequuntur omnia necessaria mediata; ergo illa mediata per immediata scire poterimus naturaliter. Probatio minoris principalis; quia habens fidem, & non habens fidem, contradicentes sibi invicem, non continentur de nominibus tantum, sed de conceptibus, sicut cum Philosophis; & Theologos contradicunt de illa, Deus est Trinus; ubi non tantum idem nomen, sed eundem conceptum unus negat, & alius affirmat, ergo omnem conceptum simplicem, quem iste habet, & ille habet.

Ad istud respondeo, de substantiis separatis fuit aliquæ veritates immediate. Accipio tunc aliquam veritatem talem primam, & immediatam, & fit A. in ista includuntur multe veritates mediata, puta omnes quæ particulariter enunciant communia ad prædicatum, de communibus ad subiectum; & dicantur B. C. Ista vera mediata non habent evidentiam, nisi ex illa immediata; ergo non sunt nata sciri, nisi ex illa immediata intellecta. Si igitur aliquis intellectus possit intelligere terminos B. C. & componere eos ad invicem, non autem posset intelligere terminos A. nec per consequens ipsum A. B. Sed tunc erit intellectus suo proposito neu-

112.

tria. Ita est de nobis, quia conceptus quosdam communes habemus de substantiis immaterialibus, & materialibus, & istos possumus ad invicem componere. Sed istæ complexiones non habent evidentiam, nisi ex veris immediatis, quæ sunt de illis quidditatibus sub ratione propria, & speciali, sub qua ratione non concipiunt istas quidditates; & ideo nec sciunt illas veritates generales de conceptibus generalibus.

Exemplum, si impossibile est aliquid concipere triangulum sub propria ratione, potest tamen abstrahere rationem figure à quadrangulo, & eam concipere impossibile est etiam sic concipere primitivè, ut est propria passio trianguli, quia sic non concipitur; nisi ut abstrahitur à triangulo, tamen potest primitivè abstrahere ab aliis primitivè, puta in numeris. Ite intellectus, licet possit formare hanc complexionem, *aliqua figura est prima*, quia terminus ejus potest apprehendere, tamen illa complexio formata erit sibi neutra, quia ista est mediata, inclusa in ista immediata, *triangulus est sic primus*; & hanc immediatam non potest intelligere, quia nec terminus ejus, ideo mediata non potest scire, quæ ex hac immediata tantum habet evidentiam.

Per hoc, & arguentem, nego majorem. Ad probationem, dico, quod illa necessaria sunt mediata. Et cum dicis: igitur cum possumus cognoscere extrema, possumus concipere medium infra extrema; Nego consequentiam; quia medium inter extrema quandoque est essentialiter ordinatum, puta *quod quid est alterius extremi*, vel passio prior respectu posterioris passionis, & tale est medium ad concludendum universaliter extremum de extremo.

Concedo igitur, quod quicumque potest intelligere extrema, potest intelligere tale medium inter talia extrema; quia intellectus ejus indidit in altero extremo, si est passio, vel est idem alteri, si est *quod quid est alterius extremi*; si autem medium sit particulare contentum sub altero extremo, & non essentialiter ordinatum inter extrema; tunc non oportet, quod potes concipere extrema generalia, posse concipere medium particulare ad illa extrema generalia. Ita est hic, nam ista quidditas sub ratione propria, & particulari habens passionem aliquam sibi immediate inhaerentem, est medium inferius ad conceptum sibi communem, & de quo dicitur illa passio in communi accepta, & ideo non est medium universaliter inferens passionem de communi; sed tantum particulariter. Hoc patet in exemplo illo, quia non oportet, quod potes concipere signatam in communi, & primitivè in communi, possit concipere triangulum in particulari, quia triangulus est medium contentum sub figura, medium, inquam, ad concludendum primitivè particularem de figura.

Hæc ratio tertio potissimè concludit de primâ substantia immateriali, quia ejus tanquam objecti beatifici, potissimum est cognitio necessaria. Et tunc responsio ista ad objectionem, contra ipsam, supponit quod nunc naturaliter non concipiunt Deum, nisi in conceptu generali, communi sibi, & sensibilibus, quod inferius dicitur, g. 1. exponetur. Si etiam negetur illud suppositum, adhuc oportet dicere, conceptum, qui potest fieri de Deo, virtute creaturæ, esse imperfectum: qui autem fieret virtute ipsius essentia, esse perfectum. Sicut ergo dictum est de conceptu

gen-

generali, & speciali, ita dicitur secundum aliam viam de imperfecto, & perfecto conceptu.

Contra autem conclusionem principalem posset sic argui (d). Pono, quod sic aliquis adulus non baptizatus, & quod non habeat aliquem docentem; habeat tamen bonos motus, quales potest habere, conformes scilicet rationi recte naturalis, & caveat ea, quæ naturalis ratio ostendit sibi esse mala; licet Deus de communi lege talem visitet, docendo per hominem, sicut Cornelium (b) visitavit; pono tamen, quod non doceatur ab aliquo, ille salvabitur. Similiter licet postea doceatur, tamen prius est iustus; & ita tunc dignus vita æterna, quia per bona velle præcedentia doctrinam, meretur gratiam, quæ est iustus. Non tamen habet Theologiam, etiam quantum ad primam credibilitatem, sed tantum cognitivè naturalem; ergo nihil Theologia est simpliciter necessarium ad salutem.

Posset dici, quod iste per bona velle ex genere, de congruo meretur justificari ab originali, & Deus non subtrahit liberalitatis suæ munus ab eo, sed dat sibi primam gratiam sine sacramento, quia non est allegatus sacramentis. Et tunc gratia non datur sine habitu fidei Theologia, ita quod habeat habitum Theologia, licet non possit exire in actum, sicut nec baptizatus, (cum fiat habitus distincti, & in diversis potentiis) tamen sicut in baptismo ponitur similitas in infusione, ita in proposito potest poni similitas in casu isto. Nos enim minus gratiosus est Deus illi, quem propter meritum de congruo justificat sine sacramento, quam illi, quem sine omni merito proprio justificat in susceptione sacramenti; sed possibile est Deo, de potentia absoluta, quemlibet salvare, & etiam scire, & quod meretur gloriam, sine fide infusa, si sine illa det gratiam, quia habens bene utatur quantum ad velle, quod potest habere secundum naturalem cognitionem; & fidem acquisitam, vel sine omni fide acquisita si doctor desit, sed de potentia ordinata, non tenetur sine fidei habitu præcedente, quia sine illa non ponitur gratia infusa. Non tamen propter intelligentiam, quasi sine illa non iussisset, sed propter liberalitatem divinam, quæ totum reformat intus hominem. Minus etiam perfectè esset homo dispositus, quantum ad assensum quorundam verorum sine fide infusa. Et sicut in hoc ita proportionaliter de habitu Theologia, qui perfectus existens, includit fidem infusam; & acquiritur articulum, & altiorum revalorum à Deo in scriptura, ita quod non est tantum hic infusa, nec acquisita tantum, sed simul amba. Est igitur Theologia necessaria, loquendo de potentia ordinata, & loquendo de principali habitu, sine priori pertinente ad Theologiam, quæ est fides infusa. Et hoc generaliter, quantum ad omnes, non sic autem quantum ad secundum habitum, quem includit, qui est fides acquisita, sed forte de potentia ordinata est necessaria in adulto potente habere doctrinam, & cum intelligere, & hoc quantum ad aliquorum generalium sive acquiritur.

QUARTO, Principalem arguitur sic (c); Ordinatum ad aliquem finem,

non, ad quem est ex se indispotum, necesse est paulatim promovēri ad dispositionem respectu illius finis, sed homo ordinatur ad finem supernaturalem, ad quem ex se est indispotus: ergo indiget paulatim disponi, ad habendum illum finem: hoc autem fit per cognitionem aliquam supernaturalem; ergo, &c. Si insisteret, quod agens perfectum, potest statim removere imperfectionem, & statim agere; Responderetur, quod si posset de potentia absoluta, tamen perfectius est communicare homini aliquam activitatem, respectu lux perfectivis consequenda; quam non communicat. Potest autem homo habere activitatem aliquam respectu lux perfectionis finalis: ergo perfectius est, quod hoc sibi communitur, quod non potest fieri fine aliqua cognitione imperfecta, procedente istam perfectionem, ad quam ordinatur finaliter.

Quinto, Arguitur sic (a), Omne agens utens instrumentum in agendo, non potest per illud instrumentum in aliquam actionem, que excedit naturam illius instrumenti, lumen autem intellectus agens est instrumentum, quo anima pūc utitur in intelligendo naturaliter; ergo non potest per illud lumen in aliquam actionem, que excedat illud: Sed illud de se est limitatum ad cognitionem habitam per viam sensum; ergo anima non potest in aliquam actionem, que non potest haberi per viam sensum. Sed multorum aliorum cognitio est necessaria pro statu isto, igitur, &c.

Hæc ratio videtur concludere contra eam, qui fecit eam. Secundum enim deductionem istam, lux increata non poterit uti intellectu agente, ut instrumentum ad cognitionem alicujus sinceræ veritatis, quia talis secundum eum, non potest haberi viam sensum, sine speciali illustratione, & ita sequitur, quod in cognitione veritatis sinceræ lumen intellectus agentis nullo modo habeat aliquam actionem, quod videtur inconveniens, quia ista actio per se fit et communi intelligence (b), & per consequens illud, quod perfectius est in anima, inquantum intellectu, oportet concurrere aliquo modo ad istam actionem.

Hæc duæ rationes non videntur efficaces: Prima enim esset efficax, si esset probatum, quod homo ordinatur finaliter ad cognitionem supernaturalem, cuius probatio pertinet ad questionēs de beatitudine. Et si cum hoc ostenderetur cognitioem naturalem non sufficientem dispenare pro statu isto, ad cognitionem supernaturalem consequendam. Secunda ratio petit duo, scilicet aliquam cognitionem esse necessariam, que non possunt cognosci per viam sensum, & quod lumen intellectus agentis, est ad talia cognoscibilia limitatum. Tres ergo primæ rationes probabiliores apparent.

AD QUESTIONEM igitur respondeo, distinguendo primo, qualiter aliquid dicitur supernaturale. Potentia enim receptiva comparatur ad actum, quem recipit, vel ad agens, ad quo recipit. Primo modo ipsa est potentia naturalis, vel violenta, vel neutra. Naturalis, si naturaliter inclinatur, violenta, si sic contra inclinationem naturalem, neutra, si neque inclinatur ad istam formam, neque ad oppositam, in hac autem comparatione nulla est supernaturalitas.

Sed comparando receptivum ad agens, ad quo recipit formam, est naturalitas, quando receptivum comparatur ad tale agens, quod naturam est naturaliter imprimere talem formam in tali passio, Supernaturalitas autem, quando comparatur ad tale agens, quod non est naturaliter impressivum illius formæ in illo passio.

Antequam hæc distinctio ad propositum applicetur. (a) Contra istud arguitur multipliciter: tam quod dicitur naturalis, & violenti sumatur ex comparatione passio ad agens, non tantum ex comparatione ejus ad formam, quam quod distinctio naturalis, & supernaturalis sumatur ex comparatione passio ad formam, non tantum ex comparatione ejus ad agens, que argumenta non ponuntur hic, solutio rationis apparet; quæ illius est per se, & sic causa alterius, quo passio, circumscriptis, vel variatis, quocumque alio, sequi ut effectus. Nunc autem, licet forma, contra quam inclinatur receptivum, non induatur nisi per agens violentiam passum, nec agens supernaturale supernaturaliter agat, nisi induendo formam, tamen per se, ratio violenti est ex habitu sine passio ad formam, & non ad agens. Et per se, ratio supernaturalis est ex habitu sine passio ad agens, & non ad formam. Probatur. Quia, passio, & forma manentibus in sua ratione, & quia, quod forma sit receptibilis, non valet inclinationem passio, quomodo, utique varietur agens, passum violenti recipit. Similiter passio, & agente sic se habentibus, quod solum agens non naturaliter, sed supernaturaliter actum, trahitur ad passum, & solum induatur, ita quod agens naturale non disponat, quomodo, que formam inducet erit supernaturalis, respectu passio. Hoc probatur, sequendo, quia non tantum in induc, sed in permanere aliqua forma violenti permanet in passio, sine actione extrinseca, licet non dicitur aliqua naturaliter etiam dicitur, aliqua supernaturaliter propter agens tantum, ita quod circumferendo agens, ad quo fit, non possit dici supernaturalis. Potest autem dici naturalis, quia perfectus naturaliter, comparando formam ad receptivum tantum.

Ad propositum dico, quod comparando intellectum possibilem ad notitiam actualem in te, nulla est tibi cognitio supernaturalis: quia intellectus possibilis, quatenus cognoscit naturaliter perfectius, & ad quatenus que naturaliter inclinatur. Sed secundo modo loquendo, sic est supernaturalis, que generatur ab aliquo agente, quod non est natum movere intellectum possibilem ad talon cognitionem naturaliter. Pro statu autem isto secundum Philosophum, intellectus possibilis natus est moveri ad cognitionem ab intellectu agente, & phantasmate: igitur sola illa cognitio naturalis est, que ab istis agentibus potest imprimi, virtute autem istorum, potest haberi omnino cognitio incompleta, que a secundum legem continuum habetur a viatore, sicut patet in instantia contra tertiam rationem principalem; & idem licet Deus possit per revelationem specialem, & cognitionem alicujus incomplexi causare, sicut in raptu, non tamen talis cognitio supernaturalis, est necessaria de communi lege.

De complexu autem veritatis secus est, quia sicut ostensum est, per tres rationes primas, contra primam opinionem adductas, posita tota actio.

actione intellectus agentis, & phantasmatum, multæ complexiones remaneant ignotæ & nobis neutra, quarum cognitio est nobis necessaria. Illarum igitur notitiam est necesse nobis supernaturaliter tradi, quia oculis earum notitiam potuit naturaliter invenire, & eam aliis docendo tradere, quia sicut uni, ita cuilibet, ex naturalibus erunt neutra.

Utrum autem vult primam traditionem doctrinæ, de talibus possit aliquid ascendere naturaliter doctrinæ tradite, de hoc in 3. lib. distict. 23. Hæc autem prima traditio talis doctrinæ, dicitur revelatio, quæ ideo est supernaturalis, quia est ab agente, quod non est naturaliter motivum intellectus nostri pro statu isto.

Aliter etiam potest dici supernaturalis, quia est ab agente supplente vicem objecti supernaturalis. Nam objectum natum causare notitiam huius, *Deus est Trinus, & Unus*, vel similitum, est essentia sub propria ratione cognita: ipsa autem sub tali ratione cognoscibilis, est objectum nobis supernaturale. Quodcumque igitur agens causat notitiam aliarum veritatum, quæ per tale objectum fit cognitivum, nata sunt esse evidentes, illud agens in hoc supplet vicem illius objecti. Quod si ipsum agens causaret notitiam perfectam illarum veritatum, qualem ipsum objectum in se cognitum causaret, tunc perfecte suppleret vicem objecti: sed si agens non ita perfectam notitiam causat, sicut objectum in se causaret, tunc imperfecte supplet vicem objecti, pro quanto scilicet imperfecta notitia, quam facit, virtualiter continetur in illa perfecta, cuius objectum in se cognitum, esset causa.

Ita in proposito, nam revelans hæc, *Deus est Trinus*, causat in mente alicuius notitiam huius veritatis, licet obscuram, quia causat de objecto, non sub propria ratione cognito. Quod objectum, si cognitivum esse, natum esse causare notitiam perfectam, & claram veritatis illius. Pro quanto igitur hæc notitia obscura in illa clata includitur eminenter, sicut imperfectum in perfecto, pro tanto revelans hæc obscuram, & causans, supplet vicem objecti illius claræ notitiæ causantii, præcipue cum non possit notitiam alicuius veritatis causare, nisi ut suppleat vicem alicuius objecti, nec veritatum rationalium de illo objecto notitiam causare possit, ut suppleat vicem objecti alicuius inferioris, naturaliter motivi intellectus nostri, quia nullum tale virtualiter includit aliquam notitiam illarum veritatum, etiam nec obscuram. Igitur oportet, quod in causando, etiam istam obscuram, aliquam supplet vicem objecti supernaturalis.

Differentia istorum duorum modorum ponendi supernaturalitatem notitiæ revelatæ patet separando unum ab alio. Puta, si agens supernaturale causaret notitiam objecti naturalis, ut si infunderet Geometriam alicui, illa esset supernaturalis primo modo, & non secundo modo: si autem infunderet notitiam huius, *Deus est Trinus*, vel similitum, hæc supernaturalis esset utroque modo, quia secundum inferri primum, licet non sit converso. Ubi autem est primum tantum, ibi non est necesse, quod sit fit supernaturalis, quia naturaliter possit haberi: ubi vero est secundus modus, est necesse, ut supernaturaliter habeatur, quia naturaliter haberi non potest.

TRES Rationes primæ, quibus innititur ista solutio, confirmantur per auctoritates. Primo, per auctoritatem Augusti, de Civit. Dei lib. 18.

c. 41. Philosophi (inquit) nescientes ad quem finem referenda ista essent, inter falsa, quæ locuti sunt, verum videre poterunt. Secunda ratio confirmatur per Aug. de Civ. c. 2. Quid prodest nolle, quod eundem sit, si ignoratur via, quæ eundem sit? In hoc enim errabant Philosophi, quia etsi aliqua de virtutibus vera tradiderunt: tamen falsa miscuerunt secundum auctoritatem precedentem Aug. & patet ex eorum libris. Improbatur enim Arist. politis disposita a multis aliis (a) 2. Politicorum, sed nec illa Arist. est irreprehensibilis 7. Polit. ubi docet Deos esse honorandos. Decet (inquit) cultum exhibere diis. Et ibid. Lex nullum orbatum tradit nutrire. Et in eod. lib. & c. 16. dicit, quod oportet fieri abortivum in casu. Tertia ratio confirmatur per Aug. 11. de Civit. cap. 3. Quæ remota sunt à sensibus nostris, quoniam testimonio nostro scire non possumus, de his alijs testes requirimus, & hoc confirmat totam solutionem principalem, quia enim complexiones illæ, de quibus arguuntur, nobis ex se sunt neutra, nullus potest suo testimonio credere de istis: sed oportet testimonium supernaturale requirere alicuius superioris tota specie humana. Qualiter autem prius revelatio, sive traditio talis doctrinæ fieri potest, & facta sit esse dubium, an scilicet locutione interiore, an exteriori, an cum aliquibus signis adhibitis sufficientibus ad causandum ascensionem. Ad propositum sufficit, quod utroque modo potuit supernaturaliter revelari talis doctrina, sed neutro modo potuit ab homine sine errore, primo tradi.

Contra istas tres rationes instatur simul, quod seipsa (b) destruant, quia quod ostenditur esse necessarium cognoscendum, hoc ostenditur esse verum, quia nihil scitur nisi verum, ergo quidquid istæ rationes ostendunt esse necessarium cognosci, puta quod fructio Dei in se est finis hominis. Quoad primam rationem, quod via deveniendi ad ipsam, est per meritum, quæ Deus acceptat ut digna tali præmio. Quoad secundam, quod Deus est trinus, & contingenter causans, & huiusmodi: Quoad tertiam, totum illud ostenditur esse verum. Vel ergo illæ rationes non sunt nisi ex fide, vel ipse excluditur oppositum eius, quod probant.

Respondeo, naturali ratione ostenditur, necessarium esse scire alteram partem determinatæ huius contradictionis. *Fructio est finis, fructio non est finis*. Hoc est, quod intellectus non sit mere dubius, vel neuter in hoc problemate, an *fructio sit finis*, quia talis dubitatio, vel ignorantia impedit acquisitionem finis. Non autem ostenditur ratione naturali, quod hæc pars sit necessaria cognoscenda. Et hoc modo rationes prædictæ, ut sunt naturales, concludunt de altera parte contradictionis, hæc, vel illa, non determinatæ de hac, nisi ex creditis tantum.

Ad Argumenta pro opinione Arist. Ad primum dico, quod cognitio dependet ab anima cognoscente, & objecto cognito, quia secundum Aug. 9. de Trin. c. ult. a cognoscente, & cognito paritur notitia. Licet ergo anima habeat sufficientem activum, & passivum intra se, pro quanto actio respectu cognitionis convenit animæ, non tamen habet intra se sufficientem a passivum, pro quanto actio convenit objecto, quia sic est ut tabula nuda, (c) ut dicitur 3. de Anima. Est igitur intellectus agens, quo est

omnia *facere*, verum est inquantum a *deo* compeit animæ respectu cognitionis, & non inquantum obiectum est actum.

Ad confirmationem rationis, dico ad maiorem, quod natura quandoque accipitur pro principio intrinseco motus, vel quietis, prout describitur (*a*) *secundo Physicorum*; quandoque pro principio activo naturaliter, prout natura distinguitur contra artem, sive propositum, propter oppositum modum principandi. Primo modo non est vera major, quia non respondet omni passivo naturaliter principium activum, quod sic fit natura, quia multa sunt naturaliter receptiva alicujus perfectionis, cuius non habent principium intrinsecum activum. Secundo modo etiam propositio maior est falsa in quibusdam, quando scilicet natura propter sui excellentiam ordinatur naturaliter ad recipiendum perfectionem ita eminentem, quod non possit subesse causalitati agentis naturalis, secundo modo dicti, & ita est in propositio. Cum probatur major; dico quod potentia passiva non est frustrata in natura, quia licet per agens naturale non possit principaliter reduci ad actum, tamen potest per tale agens dispositio ad ipsum induci, & potest per aliquid aliud agens in natura, id est, in zona coordinationis eantium, puta (per agens supernaturali) complete reduci ad actum.

Si autem obijciatur, quod illud vilificat naturam, quod non possit consequi perfectionem suam, ex naturalibus, cum natura minus deficiat in nobilioribus, (*b*) ex *secundo Caeli*, & *Mundi*. Respondeo, si felicitas nostra consisteret in speculatione illa suprema, ad quam possumus nunc naturaliter attingere, non diceret Philosophus naturam deficere in necessariis, nunc autem concedo illam posse naturaliter haberi, & ultra hoc, dico aliam eminentiorem posse naturaliter recipi; ergo in hoc magis dignificatur natura, quam si sapere nisi possibilis poneretur solum esse ita naturalis. Nec etiam est mirum, quod ad maiorem perfectionem sit capacitas passiva in aliqua natura, quam ejus causalitas activa se extendat.

Illud autem, quod additur de *secundo Caeli*, & *Mundi*, non est ad propositum, quia Philosophus loquitur *ibi* de organo correspondentibus potentie motive, si inesse itellis, quod natura desit esse organa, & concedo universaliter, quod cui datur potentia, quæ nata est esse organica, est data a natura organum, (in non orbatis dico.) Sed in propositio dico, quod data est potentia, sed non organica, non tamen sunt naturaliter data omnia alia, præter potentiam, concurrentia ad actum. A Philosopho igitur ubi haberi potest, quod naturaliter ordinabile ad aliquem actum, vel obiectum, naturaliter habet potentiam ad illud, & organum, si potentia est organica, sed non sic est de posterioribus requisitis ad actum.

Aliiter tamen potest dici ad maiorem, quod ipsa est vera, loquendo de potentia passiva naturali, ut passiva comparatur ad activam, non autem ut passiva comparatur ad actum receptum. Differentia membrorum patet in principio solutionis questionis. Minor vero est vera, secundo modo, non primo. Possit autem tertio modo facilis dici ad minorem.

ne

negando, quod licet absolute intellectus possibilis sit naturaliter receptivus talis intellectus, non tamen pro ita ut isto. Causa cujus dicitur inferius *diff. 3. q. 1. 2. § 3.*

Ad secundum dicitur, quod diversa ratio scibilis, diversitatem scientiarum inducit, eandem enim conclusionem demonstrat Astrologus, & naturalis, puta, quod terra est rotunda, sed Astrologus per medium Mathematicum, id est, a materia abstractum, naturalis autem per medium circa materiam consideratum. Unde nihil prohibet de eisdem rebus, de quibus Philosophice scientie tractant, secundum quod sunt cognoscibilia lumine naturalis rationis, etiam aliam scientiam tractare, secundum quod cognoscuntur lumine divine revelationis.

Contra hoc; si de cognoscibilibus in Theologia, est possibilis tradi cognitio in aliis scientiis, licet in alio lumine, ergo non est de eis necessaria cognitio Theologica. Consequenter patet in exemplo ejus, quia per medium Phisicum cognoscens terram esse rotundam, non indiget cognitione ejus per medium Mathematicum, tanquam simpliciter necessarium. Dicta autem responsio ad secundum, exponitur sic; habitus, & est habitus, & est forma: inquantum est habitus, habet distinctionem ab obiecto; inquantum est forma, potest distingui a principio activo, respectu autem habitus scientiæ, principia sunt causæ effectivæ. Licet igitur, ubi est idem scibile, pura quod terra est rotunda, non sit distinctio per obiecta, tamen est ibi distinctio per principia, quibus Mathematicus, & Phisicus hoc ostendunt, & ita est distinctio habituum, inquantum sunt formæ.

Contra istud, forma est communis ad habitum, quia omnis habitus est forma, & non e converso, impossibile est autem aliqua esse distincta in ratione superioris, & non esse distincta in ratione inferioris; ergo impossibile est, aliqua esse distincta in ratione rationis, & tamen esse indistincta in ratione habituum. Hoc enim esset, ac si aliqua essent distincta in ratione animalis, & indistincta in ratione hominis. Præterea supponit, quod principia sunt distinctiva habitus conclusionis in alio genere causæ, quam ut principia effectiva; quod falsum est, quia si aliquam rationem causæ distinctivæ habent ad habitus istos, non habent nisi rationem causæ effectivæ. Præterea, semper stat ratio, quia quantumcumque possent poni habitus cognoscitivi distincti, non tamen salvatur necessitas unius habitus, quasi alias cognitio sit impossibilis, ponendo possibiliterem alterius habitus, undequeque distincti. Ideo ad argumentum respondendo, quod in illis scientiis speculativis, est tractatus de omnibus speculabilibus, non tamen quantum ad omnia cognoscibilia de eis, quia non quantum ad propria eorum cognoscibilia, sicut patuit prius in tertia ratione principali, contra opinionem Philosophorum.

Ad tertium respondetur sic, quod prima principia non possunt applicari ad conclusiones (*a*) aliquas, nisi sensibiles; tum quia termini eorum sunt abstracti a sensibilibus, & ita sapiunt naturam eorum, tum; quia intellectus agens, per quem debet fieri applicatio, limitatur ad sensibilia.

Tom. I.

B

Con-

Contra, certum est intellectui, quod illa principia prima sunt vera, non tantum in sensibilibus, sed in insensibilibus, non enim magis dubitatur, quod contradictoria non sunt simul vera de eodem immateriali, quam materiali; quare responsio nulla. Et quod dicitur, quod terminus primi principii est ens quod dividitur in duas genera, & illud non extendit se ad objectum (a) Theologicum, hoc nihil valet, quia non magis dubitamus, quod contradictoria non sunt simul vera de Deo, quam de altero, ut quod *Deus est beatus, & non beatus*.

Alia datur responsio; quod ex majoribus solum, non sequuntur conclusiones, sed cum minoribus adiunctis, nunc autem minores non sunt naturaliter manifeste, quae debent illis adiungi. Contra, minores sumende sub primis principijs, praedicant de simplicis sub terminis subjectis primorum principiorum, sed notum est, terminus primorum principiorum dici de quolibet, quia sunt communissimi; ergo.

Ideo respondeo, quod secunda pars minoris est falsa; haec scilicet, quod in primis principijs includuntur virtualiter omnes conclusiones scibiles. Ad probationem dico, quod licet termini subjecti sunt communes, ita & termini praedicti; quando igitur termini subjecti sic distributi accipiuntur pro omnibus, non accipiuntur nisi respectu terminorum praedictorum, qui sunt communissimi, & per consequens virtute talium principiorum, non sciuntur de inferioribus nisi praedicta communissima.

Hoc patet ratione, quia medium non potest esse propter quid respectu passionis, nisi quae includitur virtualiter in ratione illius medij, in ratione autem subjecti principij communissimi non includitur propter quid aliqua passio particularis, sed tantum communissima; ergo illud subjectum non potest esse ratio cognoscens aliquas passiones, nisi communissimas. Sed praeter passiones communissimas, sunt multae aliae passiones scibiles, ad quas non possunt rationes primorum principiorum esse media, quia non includunt illas; ergo sunt multae veritates scibiles, quae non includuntur in primis principijs. Hoc patet ex hoc exemplo, quia istud, *Omne totum est majus sua parte*, etiam includat istam, *Quat. ternarius est major binarius*, & alias similes de eodem praedicto, non tamen includit istas, scilicet, *Quaternarius est duplus ad binarium*, & *Ternarius se habet in proportione sequi altera ad dualitatem*; nam ad ista praedicta, oportet habere media specialia concludentia ipsa. Secunda ratio logica est, quia licet contingat descendere sub subjecto universalis affirmativa, non tamen sub praedicto. Multa autem praedicta contenta sub praedicto primorum principiorum, sunt scibilia de inferioribus ad subjecta illorum: igitur illa praedicta per prima principia non sciuntur de illis subjectis.

Contra istud obicitur; (b) de quolibet affirmatio, vel negatio est de necessitate vera; sequitur ergo de necessitate, *Hoc esse album*, vel non album, ita quod licet ibi descendere sub praedicto, & sub subjecto. Respondeo, illud principium, *De quolibet affirmatio, vel negatio &c. valet istam, De quolibet cuiuslibet contradictioni, altera pars est vera,* altera

a Praepositivus part. 1. sum. Var. l. 1. q. 5.

b De quolibet affirmatio, vel negatio est vera explicatur.

altera falsa. Ubi duplex est distributio ex parte subjecti, scilicet de quolibet, & cuiuslibet, (a) & sub utroque distributo licet descendere; igitur de hoc, *Hujus contradictioni altera pars est vera, altera falsa*. Sed sub praedicto stante confuse tantum non licet descendere; quia non sequitur, *De quolibet cuiuslibet, altera pars, &c.* ergo haec pars, & ita in aliis principijs semper praedictum universalis affirmativae ita confuse tantum, sive fiat ibi dux distributiones in subjecto, sive una.

Et in proposito exemplo adhuc patet propositum; quia de homine verum est, quod ut risibilis. Nunquam tamen per hoc principium, *de quolibet, &c.* potest plus inferri; nisi; ergo *de homine risibile, vel non risibile*, &c. potest plus inferri, & in quocunque est ratio inferendi de subiecto per hoc principium commune, sed requiritur aliquid principium specialia, tanquam medium determinatum, & ratio sciendi risibile de homine.

Ad argumenta principalia. (b) Ad primum, distinguo de objecto naturali, quod potest accipi, vel pro eo, ad quod naturaliter, sive ex actione causarum naturaliter accivarum, potest potentia attingere: vel pro illo, ad quod potentia naturaliter inclinatur, sive possit illud naturaliter attingere, sive non. Possit ergo maior negari, intelligendo naturale primo modo, quia objectum primum est adequatum potentiae; & ideo abstractum ab omnibus illis, circa quae potest potentia operari; non autem oportet, si intellectus possit naturaliter intelligere tale commune, quod possit intelligere quodcumque contentum sub illo; quia intellectio alicujus contenti, multo excellentior est intellectuione confusa, talis communis. Et sic, concessa minore in utroque sensu, conclusio intenta non habetur, scilicet de naturaliter attingibili, quia sic maior fuit falsa.

Contra haec resolutionem arguo, quia destruit ipsam. Primum enim objectum est adequatum potentiae, hoc est, quod nihil respicit potentia pro objecto, nisi in quo est ratio illius primi, & in quocunque est ratio illius primi, illud respicit potentia pro objecto; ergo impossibile est aliquid esse objectum primum naturaliter, quin quodlibet contentum sub illo sit per se objectum naturaliter. De enim oppositum, & tunc non est adequatum naturaliter, sed excedens, & aliquid eo inferius est adequatum, & ita primum. Ratio autem, quae adducitur pro responsione, fallit secundum fallaciam figurae dictionis. Licet enim ens, ut est quoddam intelligibile uno actu (sicut homo est intelligibilis una intellectuione) sic naturaliter attingibile (illa enim unum intellectio ens ut unus objecti est naturalis) non tamen ens in primo objectum, id est adequatum, potest poni naturaliter attingibile, nisi quodlibet sub eo contentum, sit naturaliter attingibile, quia est primum objectum, ut includitur in omnibus per se objectis. Commuatur igitur hoc aliquid, in quale quid, cum arguit, ens est naturaliter attingibile; ergo ens, ut primum objectum; hoc est, adequatum, est naturaliter attingibile; falsum est, quia antecedens est verum, ut ens est unum intelligibile singulare, sicut album, sed consequens concludit de ente, ut includitur in omni intelligibili, non ut seorsum ab illis intellectum.

Ad argumentum igitur est alia responsio realis, quod minor est falsa

B 2

a Sub praedicto stante confuse non descenditur. b Pars 3. q. 1.

de objecto naturali, id est, naturaliter attingibili; verà alio modo, de objecto, ad quod naturaliter inclinatur potentia: & ita debet intelligi auctoritas Avicennæ. Quid autem sit ponendum objectum primum, naturaliter attingibile, de hoc infra dist. 7. Confirmatur responsio per Ansel. de lib. arb. c. 1. Nullam (inquit) ut puto, habemus potentiam, quæ sola sufficit ad actum. Potestatem autem vocat, quod non communiter dicitur potentiam, sicut patet per exemplum ejus de sensu visus. Non est igitur inconveniens potentiam esse naturaliter ordinatam ad objectum, ad quod non potest naturaliter attingere: sicut quilibet ex se sola ordinatur ad actum, & tamen non potest ex se sola attingere.

Ad secundum argumentum, nego consequentiam. Ad probationem, patet ex dictis in responsione ad confirmationem primi argumenti pro opinione Philosophi, quod superiora ordinantur ad perfectionem majoram passive recipiendam, quam ipsa possunt activè producere: & per consequens istorum perfectio non potest produci, nisi ab aliquo agente supernaturali: non sic est de perfectione interiorum, quorum perfectio ultima potest subesse actioni agentium inferiorum.

Et ideo natura (a) non deficit in necessariis in potentia superioribus quia perfectior, ad quas ordinantur, ex causis naturalibus non possunt habere, quia non possunt subesse alicui causalitati agentis naturalis. Quia vero perfectio omni inferiorum entium tali causalitati subsunt, deficeret natura, si non daret unde possent.

Ad tertium, dico, quod veritati complexæ alicui firmiter tenendæ, intellectus possibilis est improporcionatus, hoc est, non est proporcionata mobile respectu talium agentium, quæ ex phantasmibus, & ex lumine naturali intellectus agentis, non possunt cognosci. Cum autem arguitur, igitur sit proporcionatus per aliquid aliud, concedo: sed per aliud in ratione movens: quia per movens supernaturalia revelans assentit illi veritati: & per aliud in ratione forme: quia per ipsum assensum factum in ipso, qui est quasi quædam inclinatio in intellectu ad illud objectum a proporcionatus illud illi.

Cum ultra de illo alio quæris, an sit naturale, vel supernaturale? dico quod supernaturale, sive intelligas de agente, sive de forma. Cum intersit, ergo intellectus est improporcionatus ad illud, & per aliud proporcionatur. Dico quod ex se est in potentia obedienciali ad agens, & ita sufficienter proporcionatur illi, ad hoc ut ab ipso moveatur. Similiter si ex se est capax illius assensus causati a tali agente, etiam est naturaliter capax: non oportet ergo ipsum per aliud proporcionari illi assensui in recipiendo. Statur igitur in secundo, non in primo: quia veritas ista revelata, non est sufficienter inclinativa intellectus ad assentiendum sibi, & ita est improporcionale agens, & passivum sibi improporcionale; sed agens supernaturale est sufficienter inclinativum intellectus ad istam veritatem, cavendo in ipso assensum, quo proporcionatur huic veritati, ita quod non oportet intellectum per aliud proporcionari tali agenti, nec formæ ab ipso impressæ, sicut oportet ipsum proporcionari tali objecto per aliud, duplici modo predicto.

QUA-

QUÆSTIO II.

Utrum cognitio supernaturalis necessaria viatori, sit sufficienter tradita in sacra Scriptura?

Quod non; quia cognitio necessaria nunquam deficit generi humano: sed sacra Scriptura non erat in lege natura, quia Moyses primo scripsit Pentateuchum, nec tota erat in lege Moisaica, sed tantum vetus Testamentum: ergo, &c. Item, quicunque auctor scientiarum humanarum, quanto acutior intellectus, tanto plus vitat superficialitatem in tradendo: sed in sacra Scriptura videtur contineri superficialis, ut ceremoniarum, & historiae multæ, quarum cognitio non videtur necessaria ad salutem: ergo, &c. Item multa sunt, de quibus non cognoscitur certitudinaliter ex sacra Scriptura, utrum sint peccata mortalia, vel non, quorum tamen cognitio est necessaria ad salutem: quia nesciens illud esse peccatum mortale, non sufficienter videtur peccatum: ergo, &c. Contra, Aug. 11. de Civit. cap. 3. loquens de scriptura Canonica ait, Cui scientiam habemus de his rebus, quæ ignorare non expedit, nec per nos ipsos nosse idonei sumus.

In ista quæstione sunt hæreses innumere, damanensæ sacram Scripturam, vel partem ejus, sicut patet in libris Damasceni, & Augustini de hæresibus. Quidam vero hæretici nihil de Scriptura recipiunt, quidam non vetus Testamentum, ut Manichæi, sicut in lib. Aug. de utilitate credendi patet, dicentes vetus Testamentum esse a malo principio; quidam vero tantum Testamentum veteri accipiunt, ut Judei. Quidam autem aliquid utriusque ut Saraceni, quibus Mahometus immundus alias immondities innumerans immisit. Quidam aliquid dicunt in novo Testamento, puta hæretici diversæ, qui diversas sententias Scripturarum male intellectas habentes pro fundamento, alias nelexerunt: verbi gratia, ad Rom. 14. Qui infirmus est, olus manducet. Item Jac. 5. Consistentini alterutrum peccata vestra. Ex hoc errarunt circa Sacramentum Penitentiarum quidam, dicendo illud posse dispensari a quocunque non Sacerdote: vel aliis hujusmodi auctoritatibus innitendo, malè intellectis.

Contra omnes istos in communi, octo sunt viæ et rationabiliter convincendi, quæ sunt, prænnuntiatio prophetica, Scripturarum concordia, auctoritas scribentium, diligentia recipientium, rationalitas contentorum, irrationalitas singularum errorum, Ecclesiæ stabilitas, miraculorum claritas.

De primo patet, quia solus Deus potest naturaliter, non ab alio, futura contingentia certitudinaliter prævidere; ergo solus ille, vel ab illo instructus, potest ea certitudinaliter prædicere. Talia autem multa prænnuntiata in Scriptura impleta sunt, ut patet consideranti libros Prophetarum, ex quibus non est dubium, quin sequantur pauca, quæ restant secundum Gregorium in homilia de Adventu. Istam viam tangit August. 12. de Civit. c. 10. ubi ait: Vera se narrasse præterita, ex his, quæ futura prænnuntiavit, cum tanta veritate impleantur ostendit.

De secundo, scilicet Scripturarum concordia, sic. In non evidentibus ex terminis, nec ex principiis evidentiam habentibus, non consonant firmiter, & infallibiliter multi diversimode dispositi, nisi a causa superiori ipsorum intellectus inclinatum ad assensum: sed scriptores sacri Canonis varie dispositi, & diversis temporibus existentes, in talibus non evidentibus omnimodò consonant. Hanc viam pertractat August. 18. *de Civit. cap. 4.* *Auctores nostri sane pauci esse debuerunt, non multitudine vitioserent, quod clarum religione esse oporteret, nec tamen ita pauci, ut eorum non miranda sit consensio. Neque enim in multitudine Philosophorum, qui labore etiam literario monumenta suorum dogmatum reliquerunt, facili quò inveniri, quod inter cuncta, que scribere, conveniant.* Et hoc Augustinus probat in exemplis ibi. Major etiam assumpta non tantum probatur per exemplum de Philosophis, ut videtur probare Augustinus, sed etiam per rationem. Quia cum intellectus, quantum ad assensum, sit natus moveri ab objecto evidente in se, vel in alio, nihil aliud ab objecto videtur talem assensum posse causare, sicut virtualiter includat evidentiam objecti: nam si nihil tale moveat intellectum, remanebit sibi Theologia neutra. Nihil autem est tale de non evidentibus ex terminis, nisi intellectus superior nostrò; nihil autem intelligens superior homine potest hominem esse sibi docere, nisi Deus.

Si autem dicatur hic, quòd posteriores, licet aliter disposuit quam priores, & aliis temporibus existentes, tamen habuerunt doctrinas precedentium in Scripturis, & acquieverunt credendo, sicut discipuli doctrinae magistrorum, & ita nihil scripserunt dissimulando a prioribus, licet Deus non doceret hos, & illos: contra hoc videtur Aug. obicere ubi prius, dicens de Philosophis, *Qui labore literario monumenta suorum dogmatum reliquerunt, & c.* quòd discipuli legentes, licet in aliquibus essent assentes priores, ut discipuli; aliqua tamen improbarunt, ut patet ibidem de Aristippo, & Ansthesine; qui licet fuerint ambo Socratici, tamen in quibusdam sibi contraderunt, & quandoque discipuli magistro, ut Arist. Platoni.

Quomodo igitur non contradixissent posteriores nostri prioribus in aliquibus, si non habuissent doctorem communem, eorum intellectus inclinatum ad eadem non evidentia? Respondo, quia non evidentia tradiderunt priores, idè posteriores non possunt ratione cogentem pro se habere, reverentem eos, ut magistros veraces; sed Philosophi discipuli per rationem potuerunt magistros improbare: quia materia circa quam altercabantur, potuit habere rationes sumptas ex terminis. Exemplum, non ita contradicti discipulus Historiographus magistro Historiographo, sicut Philosophus Philosopho: quia Historie de praxiteo non possunt esse evidentes, ut advertant discipulum a magistro, sicut possunt esse Philosophica rationes.

Contra illud, scilicet Ezechiel prophetans in Babylone, eo tempore, quo Jeremias in Judæa prophetauit, cum non solum illa dicerent, que a Moyses quasi communi eorum magistro habuerunt, sed & alia multa: in illis potuissent discordare, aut dissentire, cum non essent evidentia ex terminis, nisi habuissent aliquem communem Doctorem supra intellectum humanum.

De

De tertio, scilicet auctoritate scripturam, sic: Aut libri Scripturam sunt istorum auctorum, quorum est: dicuntur, aut non: si sic; cum damnant mendaciam, præcipue in fide, & moribus, quomodo est verifimile eos fuisse mentitos, dicendo: *Hæc dicit Dominus*, si Dominus non fuisset locutus? Aut si dices eos fuisse deceptos, non mentitos, vel propter lucrum mentiri voluisse. Primum improbat ex dicto Pauli 1. Corinth. 12. *Scio hominem in Christo, & subdit tibi, Verba arcana audisse, quæ non licet homini loqui.* Quæ assertiones non videntur fuisse sine mendacio, vel assertens non fuit certus; quia assertere dubium, vel est mendacium, vel non longè est a mendacio. Ex ista revelatione Pauli, & multis aliis revelationibus factis diversis Sanctis concluditur, quòd intellectus eorum non potuerunt induci ad assensum ita firmum illis, quorum notitiam non potuerunt habere ex naturalibus, sicut assenserunt, nisi ab agente supernaturali. Secundum improbat, scilicet quòd fuerunt propter lucrum mentiri: quia pro illis, ad quæ voluerunt homines inducere ad credendum, tribulationes maxime sustinuerunt. Si autem libet non sunt illorum, sed aliorum: hoc videtur inconveniens dicere: quia ita negabitur quicumque liber est illis auctoribus, cuius dicitur esse. Quare ergo soli isti falso ascripti sunt auctoribus, quorum non erant? Præterea, aut illi, qui ascripserunt libros istos eis fuerunt Christiani, aut non? Si non, non videtur, quòd voluerunt tales libros conscribere, & aliis ascribere, & ex hoc magnificare sectam, cuius contrarium tenuerunt: Si fuerunt Christiani, quomodo illi Christiani mendaciter tales eis ascripserunt, cum lex eorum damnet mendaciam, sicut prius? Et propter idem, quomodo assererent Deum locutum esse multa, quæ ibi narrantur, & hoc personis, quibus libri intulerunt: si talia non acciderunt illis personis? Quomodo etiam libri isti fuissent ita authentici, & divulgati esse talium auctorum, nisi fuissent eorum, & ipsi auctores eorum authentici fuissent? De quo Richard. 2. de Trin. cap. 2. *Certe a summa sanctitatis viris, sunt nobis tradita.* De hoc etiam August. 1. *de Civit. Dei, cap. 3.* loquens de Christo dicit sic, *Hic, inquit, prius per Prophetas, deinde per seipsum, posita per Apostolos, quantum satis esse iudicavit, locutus, scripturam condidit, quæ Canonica nominatur, eminentissima auctoritate, & c.* Et Aquila. in Epistola ad Hieronymum, & habetur in canone dist. 9. *Si ad sacras Scripturas admissa fuerint, vel officiosa mendacia, quid eis remaneat auctoritatis? Et idem ad eundem in eadem Epistola, Solus est scripturarum liber, & c.*

QUARTUM, scilicet recipiantur diligentia, sic patet. Aut nulli credis de contingenti, quod non vidisti, & non ita credes mundum fuisse ante, nec locum esse in mundo, ubi non fueris, nec itum esse patrem tuum, & illam esse matrem tuam; & talis incredulitas destrueret omnem vitam policicam. Si igitur vis alicui credere de contingenti, quod tibi non est, nec fuit evidens, maxime credendum est communitati, sive illis, que tota communis approbat: & maxime que communis fanosa, & honesta cum maxima diligentia approbata recipit. Talis est Canon divine Scripturæ: tanta enim apud iudeos sollicitudo fuit de libris habendis in canone, & tanta apud Christianos de libris recipiendis tanquam authenticis, quòd de nulla alia scripura habenda

l. 4

p. 2

pro authentica, tanta sollicitudo fuit inventa: præcipue cum tam famelices communitates, de scripturis istis curaverunt, tanquam de contentibus necessaria ad salutem. De hoc Augustinus de Civit. Dei 18. cap. 3. *Quomodo scriptura Evæch, de qua Judæi in Epistola sua faciunt mentionem, non recipitur in Canone, & multa alia scriptura, de quibus fuit mentio in lib. Regum non ubi innotuit, quod sola illa recepta sunt in Canone, quæ auctores non fecerunt homines, sed fides Prophetarum divina inspiratione scripserunt, & ibidem capite 43. Illi Israelitæ, quibus tradita sunt eloquia Dei, nullo modo Pseudopropheta cum veris Prophetis pariter licentia confuderunt: sed concorditer inter se, atque in nullo modo dissentientes, sacrarum litterarum veraces ab eis agnoscantur, & venerantur auctores.*

De quinto, scilicet rationalitate contentorum, patet sic: Quid rationalibus, quam Deum tanquam finem ultimum super omnia diligere, & proximum sicut seipsum? id est ad idem, ad quod se, secundum Gregorium in quibus dicitur præcipit universis lex pendet, & Propheta Math. 22. Item Matth. 7. *Omnia ergo quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Ex istis quibus ex principis prædictis, alia præctica consequuntur in Scriptura tradita, honesta, & rationi consona, sicut de eorum rationalitate patere potest singillatim exhibet pertractandi de Præceptis, Conciliis, & Sacramentis: quia in omnibus videtur esse quasi quædam explicatio legis nature, quæ secundum Apostolum ad Rom. 2. *Scripta est in cordibus nostris.* Hoc de moribus, & de hoc Augustinus de Civit. Dei, lib. 2. cap. 18. *Nihil turpe ac flagitiosum spectandum, imitandumque proponitur, ubi veri Dei aut præcepta insinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia populantur.* De credibilibus patet, quia nihil credimus de Deo quod aliquam imperfectionem importet; immo quidquam credimus verum esse, magis attestatur perfectioni divinæ, quam eius oppositum. Patet de Trinitate personarum, & incarnationis Verbi, & hujusmodi: nihil enim credimus incredibile, quia tunc incredibile est mundum ea credere, quæ dedit Augustinus de Civit. Dei, 22. cap. 5. *mundum tamen ea credere, non est incredibile, quia hoc videmus.* De hac autem lege, & honestate Christianorum patet, per Augustinum de Utilitate credendi lib. 6. cap. 8. *Vulgus mortuorum, & famularum, &c.*

De sexto, scilicet de irrationabilitate singulorum errorum patet sic: Quid Pagani pro idolatria sua adducere, colentes opera manuum suarum? in quibus nihil est numinis, sicut satis offendunt Philosophi. Quid Saraceni villissimi porci, Mahometi discipuli, pro suis scripturis allegant? expectantes pro beatitudine quod porcis convenit ferri, gulam, & coitum, quam promissionem despiciens Philosophus, qui fuit quasi illius sectæ, Avicenna 9. *Metaph.* cap. 7. alium finem quasi perfectionem, & homini magis congruentem asserit, dicens: *Lex nostra quam dedit Mahometis, ostendit diffinitionem salutatis, & miseriam, quam sumi secundum corpus, & alio promissis, que apprehenditur intellectu.* Et sequitur ibi: *Sapientibus vero Theologis multo major cupiditas fuit, ad consequendum hanc salutatem, quam corporum, que*

quam volens daretur eis, non tamen attendunt eam, nec appreciati sunt eam comparatione salutatis, quæ est conjunctio prima veritatis. Quid Judæi, qui novum Testamentum damnant, quod in suo veteri promittitur (Jere. 31.) ut ostendit Apostolus ad Hebræos c. 8. & 8. Etiam quam insipide sunt errorum æronomie sine Christo? Christum etiam advenisse, & ita novum Testamentum ab eo principaliter promulgatum, sicut authenticum fore recipiunt, Prophetarum eorum ostendunt. Non auferetur, (ait Jacob Gen. 49.) Septerum de Juda, nec Dux de femore ejus, &c. Et humiliter infatigantur primum malum, cum ipsi etiam novum Testamentum ab eo venerit Sancti Sanctorum. Quid asini Manichæi fabulantur primum malum, cum ipsi etiam non primi, tamen valde male essent? Nonne videtur in novo Testamento potuerunt videre, esse vetus authenticum, & approbarunt? Quid singuli alii hæretici, qui unum verbum Scripturæ malè intellexerunt? secundum Augustinum lib. 83. *questionum, quæst. 69. Non potest* (inquit) *error oriri palliatus nomine Christiano, nisi de Christiano non intellexit.* (Et hoc idem, quæ præcedentia, & sequentia non contulerunt; Unde ibidem infra; *Solet circumstantia Scripturarum illuminare sententiam*) nec etiam alia loca Scripturarum contulerunt. Unde Hæreses orta sunt per se legendæ, quæ conferendo repulsa sunt, quia conferentes, diverlas sententias adduxerunt, quæ ex se invicem mutuo videri poterant, quæ modo, & qualiter essent intelligenda. Contra istos est illud verbum Augustini contra Epistolam Fundamenti. *Non credemus, inquit, Evangelio, nisi quia Ecclesia Catholica credo.* Igitur irrationabile est, aliqui Canonis recipere, & aliquid non, cum Ecclesia Catholica, cui credendo, Canonem recipio, recipit totum æqualiter. Item, doctrinæ Philosophorum aliquid continent irrationabile, prout de Politicis diversis, ordinatis à diversis Philosophis probat Aristoteles 2. *Polit.* (a), sed & sua in quibusdam est irrationabilis, sicut patuit ex solutione quæst. præced.

De septimo, scilicet de Ecclesiæ stabilitate, patet quoad caput, per illud Augusti. de veritate credendi quasi in fine (cap. 17.) (b). *Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructumque videamus, dubitamus nos ejus Ecclesiæ condere gremio, quæ usque ad confessionem generis humani (c) ab Ap.olica Sede per successiones Episcoporum frustra hæreticis circum latrantibus, & partim pibis ipsius judicio, partim Conciliorum gravitate (d) partim etiam miraculo-rum manifestate dæmonis, culmen auctoritatis obtinuit? & parum post: Quid est aliud, quod tam ingratum potest esse opinioni, atque auxilio divino, quam tanto labore prædicta auctoritati velle resistere? Unde Gamaliel Act. 5. Si est ex-hominibus consilium hoc, aut opus, dissolvetur; si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere illud, ne forte & Deo repugnare videamini; & Luc. 22. ait Dominus Petro: Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando*

a Nu. 23. b Septimaria à stabilitate Ecclesiæ. c Successio Episcoporum in Sede Apostolica. d Consilium, & opus hominis instabile, Dei verò indissolubile.

conuersus confirma fratres tuos. Firmitas etiam Ecclesie in membris patet per illud August. de uiril. credendi. c. 17. *Imperium etiam vulgus marium, seminarumque in tam multis, diuersisque gentibus & credit, & predicat.* Similem sententiam dicit contra Ep. Fundamenti. *Quis enim tantam multitudinem ad peccata pronam, ad legem contrariam carni, & sanguini seruandam induceret nisi Deus?* Et confirmatur, quia secula Judaeorum non manet in vigore (a), sicut contra eos obicit Aug. in primo sermone de Adventu, *Forinquam conuenio, & Judaei.* Si obicitur de permanentia seclae Mahometi; Respondeo illa incepit plus quam sexcentis annis post legem Christi, & in breui, Deo cooperante finietur, quae nullum debilitata est anno Christi 1300. & eius cultores multi mortui, & plurimi sunt fugati, & Propheta dicitur elle apud eos, quod cito finienda est secula illa.

De octavo, scilicet de miraculorum claritate, sic patet. Non potest esse testis falsus Deus, sed Deus invocatus à predicante Scripturam, un ostenderet doctrinam eius esse veram, fecit aliquod opus sibi proprium, ut potest miracula, ac per hoc testificauerit illud esse verum, quod ille predicauit. Confirmatur hoc per Richard. 1. de Trinitate, cap. 2. ubi supra; *Domine, si est error, a te descripti sumus, nam tanti signis confirmata sunt, que non nisi per te fieri possent.* Quod si dicatur miracula non fuisse facta, aut etiam quod ipsa non testantur veritatem, quia Antichristus faciet miracula; Contra primum dici potest illa sententia Augustini de Ciuit. lib. 22. c. 5. *Si ista miracula facta esse non credunt, hoc nobis unum grande miraculum sufficit, quod iam terrarum orbis sine ullis miraculis crediti.* Nota valde illud capitulum, quia si quicquid quod credimus, dicitur incredibile esse, non minus est incredibile & Homines, inquit, ignobiles, infimos, paucissimos imperitos, rem tam incredibilem, tam efficaciter, mundo, & in illo etiam doctis persuadere potuisse, ut mundus illud eredit, sicut iam cre didisse videtur, nisi per illas aliqua miracula fierent, per que mundus ad credendum induceretur. Unde subdit: *Qui propterea exiguo numero ignobilium, infimorum, imperitorum hominum credidi, quia in tam contemptibilibus testibus, multo mirabilibus diuinitas se ipsa persuasi.* Quid enim incredibilem, quam ut ad legem contrariam carni, & sanguini Doctores pauci, & rudes, & pauperes possent plurimos potentes, ac sapientes conuvertere? Quod specialiter patet de multis sapientibus, primo fidei rebellibus, postea conuersis, ut de Paulo prius persecutore, postea Gentium Doctore, & de Augustino prius per Manichaeos seducto, postea Doctore Catholico, & de Dionysio prius Philosopho, postea Pauli discipulo, & de Cypriano prius Mago, postea Christianissimo Episcopo, & de innumeris aliis conuersis. Contra idem secundo dici potest illud Augustini de Ciuitate Dei, lib. 10. cap. 18. *Aut si cer aliquis ista falsa esse miracula, nec fuisse facta, sed mendaciter scripta? Quisquis hoc dicit, si de libris negat omnino ullis literis esse credendum, potest etiam dicere nec Deus ullis curare mortalia, &c. & ibidem de eodem: Si libris magicis (sive quaedam homines putant) Thurgici credunt,*

quid

quid cause est cur illi literis nolunt credere illa facta esse? Contra idem tertio, quia quaedam facta à Syluestro coram Constantino, tam in curatione lepra eius, quam in disputatione eius contra Iudeos, quae facta tanquam celeberrima mandam non latuerunt. Contra secundum dici potest, quod si quis inuocatus in testem, signum consuetum testificationis permittat adduci, & praesens non contradicat, tali taciturnitas non fiat cum veritate perfecta, miraculum autem est tale signum Dei, ut testis: igitur si permittat miraculi fieri à Deo, non videtur esse petens, enuncians scilicet illa non esse testimonia sua, non videtur esse petens verax, quod est impossibile. Et per hoc dicitur ad illud de Antichristo, quod praedixit illa miracula facienda, non esse testimonia veritatis, sicut patet *Matth. 24. & 2. ad Thessal. 2.* Item, contra idem est differentia miraculorum, quae sunt à Deo, & quae sunt à diabolo. De qua differentia tractat Augustinus de utilitate credendi, prope finem. *Miraculum, inquit, uocis quicquid arduum, aut insolitum supra spem, vel facultatem mirantis apparet, quaedam solum facientis admirationem, quaedam magnam gratiam benevolentiamque conciliant, qualia fuerunt Christi miracula, ut pertractat ibi discussè.* Item, contra utrumque potest dici, quod sunt aliqua miracula facta in lege Christiana, in quibus non potest esse deceptio, quoniam facta, nec quoniam sunt testimonia veritatis, quia à Deo facta, scilicet raptus Pauli, & reuelatio contingentium futurorum. Primum patet, quia impossibile est aliquem decipi credendo circa se videre essentiam Dei: ergo impossibile fuit Paulam se credere illam videre, nisi eam videret. Sed hoc asserit de se 2. ad Corinth. cap. 12. secundum expositionem Sanctorum: illud igitur fuit verè factum, & non tantum apparenter. Probatio primi antecedentis, quia nullus potest decipi circa aliquod principium primum credendo se intelligere illud, cum non intelligat tale principium, quia tunc non constaret ex terminis apprehensis, quod esset principium, & quod non; ergo multo magis non potest decipi circa Deum visum. Consequentia ista patet, quia plus distat visio Dei ab intellectione cuiuslibet subiecti, (sciam quantum ad perceptionem intellectus iudicantis) quam distat intellectione principij complexi, ab intellectione cuiuscumque non principij. Item, qualiter intellexeret crederet se quietari, si non quietaretur, nonne poterit cognoscere inclinationem suam ad verum, quod non videt? Si crederet se videre Deum, crederet se quietari in Deo, si non videt, non quietatur. *Stultius* (ait Augustinus) *nihil dici potest, quam quod falsa opinione anima sit beata, 11. de Ciuit. cap. 4.* Secundum scilicet, quod à solo Deo fieri potuit, est manifestum, quia nulla creata potest animam beatificare, nec simpliciter, nec ad tempus. Secundum (a) patet ex multis Prophetis, in utroque Testamento. Unde contra falsa miracula Antichristi posset sibi obicit, saltem de istis duobus, hoc modo: Si tu es Deus, fac me negare etiam diuinam naturam, & post visionem memoriam certam habere visionis, & certitudinem, quod illa fuit visio essentiae diuinæ, & tuce credam tibi. Item, si tu es Deus, dic mihi, quid faciam,

a Nulla haec est stabilis.

a Prædictio futurorum miris infalli.

etiam, vel quid cogitavit, vel appetam pro tali hacta. Et huiusmodi viam efficaciam ex miraculis innuit Salvator Joan. 4. *Opera, quae ego facio, ipsa testimonium peribunt de me, si mihi non vultis credere, operibus saltem credite.*

Nono quoque loco potest adduci testimonium eorum, qui foris sunt. Iosephus in lib. 18. cap. 9. *Antiquitatum pulcherrimum testimonium ponit de Christo, ubi inter alia de Jesu ait: Christus hic erat, ubi ejus veteram doctrinam, & resurrectionem ex mortuis conficitur.* Item, de Prophetia Sibyllae nota illud de Civ. 18. cap. 23. *Jesus Christus Dei Filius Salvator.* Item, contra Epistolam Fundamenti, nota quomodo singulari Haereticis de Catholicis inquisit, non ad suos mittunt, sed ad veros Catholicos, quasi etiam illi soli ab omnibus etiam Haereticis Catholici nominantur.

Decimo, & ultimo potest adduci, quod Deus non deest querentibus toto corde salutem: multi autem diligentissime inquirentes salutem ad hanc sectam conversi sunt: & quanto ferventioris facti sunt in inquirendo tanto in hac secta amplius confirmati subitoque in ea penitentes de malitia ad bonam vitam mutati sunt, tormenta quoque pro ea plures in magna exultatione spiritus perpessi sunt: quae non videntur probabilia, nisi Deus hanc sectam factae Scripturae innitentem irrefragabili iter approbaret, & ordinaret ad salutem.

Habito igitur contra Haereticos, quod doctrina Canonis est vera, videndum est secundo, an sit necessaria, & sufficiens viatori ad consequendum finem suum. Dico igitur quod illa erudit, quod sit finis hominis in particulari: quia visio, & fructus Dei, & hoc quantum ad circumstantias ejus appetibiles: puta quod ipsa habeat potestatem resurrectionem ab homine immortalis, & in corpore, & in anima simul sine fine. Ipsa etiam determinat quae sint necessaria ad finem, & quod illa sufficiant: quia decem mandata Matth. *si vis ad vitam ingredi serva mandata*, de quibus habetur in *Exod. (1)*. Horum etiam explicatio, & quantum ad credentis, & quantum ad sperandam, & quantum ad operanda explicatur ex diversis locis Scripturae. Proprietates quoque substantiarum immaterialium in ea traduntur, quantum possibile est, & utile viatori nosse. Ita ergo conferendo ad tres rationes, quibus innititur solutio questionis praecedentis, patet, quod facta Scripturae sufficienter continet dogmatum necessarium viatori. Ad primum argumentum principale (b); ad minorem respondeo, quod lex natura paucioribus fuit contenta, quae memorialiter ad numeros per patres devenerunt. Illi etiam homines magis erant praedicti in naturalibus, & ideo modica doctrina inspirata potuit eis sufficere. Vel aliter ad illud, & ad aliud de lege Moysi, potest dici, quod ordinatus processus Scripturae ostendit ejus doctorem secundum Aug. 83. *quaestionum quael. 23.* Ad secundum dico, quod dulcis fuit illi: & ideo ad de. sub aliqua sententia literalis, quam sit esset expressis di. tam: & ideo ad devotionem conferunt illa, quae expressa sunt in novo Testamento sub figura

a Exod. 20. 23. b 15. In lege natura, quare modica doctrina inspirata fuit. Pedagogum, id est, legem per famulum suum, & magistrum, id est, Evangelium per tunicum suum ad tertium.

ra velata fuisse in veteri. Hoc quoad caeremonias; sed quoad historias, in quibus exempla sunt legis declarativa, similiter ex toto processu Scripturae patet ordinata Dei gubernatio respectu hominis, & totius creaturae. Ad tertium, Origines in homilia de Arca Noe, dicit: *Nulla scientia omnia scientia explicavit, sed illa, ex quibus possunt alia sufficere elici.* Unde multa veritates non explicantur in principis, circa quatuor investigationem continentur sicut conclusionis in principis, in quibus quatuor investigationem utilis fuit labor expostorum, & Doctorum, sic si obicitur (a) multa in actibus humanis sunt dubia, utrum sint peccata mortalia, & etiam supponit omnibus doctrinam Doctorum, & expostorum; Respondeo, non est dubia via salutis simpliciter, quia a talibus tanquam a periculosis debet homo illic cavere, & custodire se ne homo, dum se exponit periculo, incidat in peccatum. Quod si noluerit quaerere salutem, sed non curando exponat se periculo, ubi forte de genere atus non est peccatum mortale, tamen peccabit mortaliter: se tali periculo exponendo.

Q U A E S T I O III.

Virum Theologia sit de Deo tanquam de subjecto primo?

QUOD non, arguitur duabus viis. Prima, est ostendere istam negativam in se, quae probatur primo per auctoritatem Boetii primo de Trin. Forma, inquit, *simplex subjectum esse non potest.* Item, secundo, materia non coincidit cum aliis causis, neque in idem numero, neque in idem specie, ex secundo Physicorum (b): Deus autem est finis hujus scientiae, & efficiens (c): non igitur materia. Item, tertio, ex prima Posteriorum, subjectum scientiae habet partes, principia, & passiones: Deus autem non habet partes integrantes, cum sit simplex; neque partes subjectivas, cum sit singularis ex se: neque habet principia, cum sit primum principium; neque passiones, quia passio inest subjecto, ita quod est extra ejus essentiam: nihil autem lic inest Deo. Secunda via est ostendere, quod aliud est hic subjectum, non ergo illud. Antecedens probatur multipliciter. Primo per Augustinum de doctrina Christiana 1. lib. cap. 1. *Omnis doctrina vel verum est, vel signorum: igitur res, vel signa, sunt subjectum.* Item, secundo, Scriptura habet quatuor sensus, scilicet Anagogicum, Tropologicum, Allegoricum, & Literalem: sed quilibet sensus correspondet aliquod subjectum primum, sicut alij scientiae habenti unum sensum correspondet subjectum secundum: illum sensum; igitur hic sunt quatuor subjecta. Item, tertio, quod homo sit subjectum, probatur auctoritate Commentatoris (d) 1. *Ethic. in Prologo*; quia secundum eum, scientia Moralis est de homine, quoad animam, Medicinalis est de homine, quoad corpus: Ex hoc ergo accipitur ista propositio, quod omnis scientia Practica habet pro subjecto primo illud, cui accipitur finis practicae, & non ipsum finem: finis autem istius scientiae acci-

a Faciens quod dubitat esse mortale peccat mortaliter. b Trin. com. 1. 3. c Scot. 2. Physic. q. 7. d Eubritius, quem Dilectus sepe allegat in moral.